Quelle: http://manuscripta.at/?ID=492
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et de lege non tenetur pro aliquo
tempore principaliter diuinis intendere et
per hoc eodem tempore vacare ab operi-
bus exterioribus ipsum in perfectione im-
pedientibus et deinde in veteri tes-
tamento per illud 3m preceptum limi-
tauit hominem ad hoc faciendum
diem sabbati qui in nouo testamento
successit dies dominicus ab ecclesia
addidere constitutus Vnde sanctus Thomas
in 3° d. 3a dicit et licet deus
omni tempore sit legis nec veteris
et noui testamenti ab homine re-
quisiuerit ut sibi haitaculum cor-
dis prepararet eidem quod aliquando
vacaret ac per dilectionem ipsi ad-
hereret nunc tamen prefixa est
dies dominica in qua pluris christianus
specialiter vacaret ad cultum dei et
preter mittetur terrena negocia
qui animum distrahunt ne deo in-
tendat Item quibus ex diuino precepto
tenetur ad deum actualiter diligen-
dum et videtur quod toto in summa
3 di 27 quod hoc sit diebus fes-
tiuis Ita quod omni die festiuo et
potissime diebus dominicis et prin-
cipalibus festis tenetur sic homo
recolligere et deum super omnia ac-
tualiter diligere dicit in Scotus
vbi supra Cum homo teneatur deum
diligere super omnia actualiter forte
hoc determinat diuinum manda-
tum illud Sabbata sanctifices ut
vnusquisque tunc maneat aput
se recolligendo se et ascendendo
ad deum suum et etiam specificatur
hoc quantum ad missam audiendam
die dominica de consecracione dist. j. c. missas
Tercio dicitur quod est valde expe-
diens et salutare homini ut
die dominico et ceteris festiuita-
tibus intendit diuinis rebus
solum aut principaliter et hiis
que saluti sue sunt ut quod at-
tente meditetur diuina beneficia
sibi singulariter aut sibi cum
multis aliis vel sibi cum toto hu-
mano genere prestita Ista enim sunt
tam innumerabiliter multa sunt
tam inestimabiliter magna
et vtilia et tam gratuitem
nobis collata quod eorum attenta
meditacio cor hominis maxime
inflamat ad actualem dilec-
cionem tanti benefactoris et maxi-
me ostendunt homini dei po-
tenciam sapienciam bonitatem
misericordiam largitatem et ius-
ticiam et ceteras dei perfecciones
nec ex aliquibus aliis mortali-
bus clarius nosci possunt Quarto
die festo discuciat homo